

## Universitätsbibliothek Paderborn

### M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarum Libri Duodecim

Summa diligentia ad fidem vetustissimorum codicum recogniti ac restituti

M. Fab. Quintiliani Declamationes Undeviginti. M. Fabii Avi Et Calpurnii  
Flacci Declamationes. Auctoris Incerti Dialogus De causis corruptae  
Eloquentiae - Cvm Variorum Notis

**Quintilianus, Marcus Fabius**

**Lugd. Batav. ; Roterodami, 1665**

LI. Invicem adoptati.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12889**

cæ necessariam , proxime non redimendo judicasti. Veniam à vobis , judices , postulo : quod gladiator infamis in judicio loquor. Erravi , fateor : judices , erravi , qui semper credidi immortalitatem esse pro republica mori : cum fama etiam viventium consenescat. Gladiatorem me fecit non pirata , sed patria. Sed , ô virtus in adversis comes , sola tu me secuta in carcerem , tu in ludum : virum fortem tu sola non decipis. Scitis me , judices , periculum contemnere : sed non contemno flagitium : <sup>1</sup> virum igitur gladiatorem negat , negat aliquis infamem ? an negat gladiatorem ? utrumque mendacium est. Neque enim conditione gladiatoria quidquam est humilius in vulgo , nec meo nomine quidquam nobilius in ludo. Fortunæ , inquit , fuit. Quousque Fortunam facimus humanorum negotiorum ream ? Esto : Fortuna fecit , ut caperer : quis fecit , ut nemo redimeret ? <sup>2</sup> Etsi victoria solita provenerit , post rudem triumphabo.

## L I.

*In vicem adoptati.*

Pauper & dives inimici visi sunt in gratiam rediisse. Dederunt invicem filios adoptandos. Dives occidit lege indemnatorum , quem acceperat. Qui est apud pauperem , reddit caussam mortis voluntariae. Pauper contradicit.

## PRO PAUPERE.

**U**Tinam P. C. liberis nostris exire de vita <sup>3</sup> sine nobis orbatis non liceret. Perquam indignum est , si utrumque pignus amittam , & quod dedit aliquando natura , & quod nunc substituit amicitia. Amo enim juvenem , quia non genui meo sanguine , sed redemi.

## EXPLICIT.

<sup>1</sup> Virum igitur gladiatorem negat.] Scri-  
be : utrum igitur gladiatorem negat ali-  
quis infamem , an me negat gladiatorem ?

<sup>2</sup> Et s. ] Malim , & s. v. f. p. p. r.  
triumphabo. Pith.  
<sup>3</sup> Sine nobis orbatis non liceret.] Vide-  
tur potius delenda negatio. Idem.